



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 9. Aquas dari, vel negari à Deo, vt discamus inimicis benefacere,  
sapere, orare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

fontibus deficiens siccum exhibet locum. Deinde, quasi nulla mutatione facta, septimo die, similis exoritur: atque hunc ordinem eum semper seruare, pro certo compertum est. Unde etiam Sabbaticus appellatus est, a sacro septimo Iudaeorum die sic appellatus.

## §. IX.

Aquas dari, vel negari à Deo, ut discamus inimicis benefacere, sapere, orare.

Quemadmodum Sabbaticus hic fons Iudæos docuit, Sabbata seruare, atque laboris cursum cohibere, ut DEO vacarent, ita ille prior Siloa dictus monstrauit, homines esse in causa, ut nonnunquam diuinæ beneficentiæ fontes exsiccentur. Nam

Matth. 5.  
45.

etsi Pater cælestis pluit super justos & iniustos, ut doceat nos inimicis benefacere, & diligere eos, qui nos persequuntur, quod

S. Hieron.  
in eund.  
loc.

ut S. Hieronymus ait, fecit David in Saul & Absalom: Stephanus quoque pro lapidantibus deprecatus est, & Paulus anathema cupit esse persecutoribus; sæpe tamè etiam delinquentibus necessaria subducit, ut ex inopiâ sapere incipiant, quos fecit abundantia recalcitrare. Quin etiam potentiam suam, ac

Iob. 12. 15.

dominium in creaturas manifestat. Nam si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit

*ferit eas, subuertent terram.* Hic est gladius ille anceps, & vtrinque acutus, quo potest inimicos ferire, siue neget aquas, siue cumulet. Negat, vt oremus; cumulat, vt videamus, nos aliquid orando impetrauiffe. Sic instruimur, auerti à nobis creaturas, quando nos auertimur à Creatore; & fugere pœnam, si nos ad Iudicis clementiam confugiamus. *Quando non genculationibus & ieiunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsa?* ait Tertullianus. Et Philo scribit, de prima Aegyptiorum plaga: *Per septem dies, hoc malum durauit, donec Aegyptijs suppliciter Moysen innocantibus, & illo deprecante, Deus misertus est pereuntium. Is enim, cuius infinita bonitas semper est exorabilis, mutauit sanguinẽ in aquam dulcem, redditis amni fluentis salubribus, qualia prius fuerunt.* Igitur discrimen, inter suos, & idolorum cultores, patefecit Dominus, quando Israëlitis aquam dulcẽ, Aegyptijs sanguinem propinauit; & plectendo hostem pepulit ad orationem, cuius vim declarauit, dum Aegyptijs Moysen, & Moyli Deum orantibus redonauit aquarum vsum.

§. X.

*Aquas alijs pro speculo, Gedeoni ac Hispanis, & Gallis pro iudice fuisse.*

Maxi-

Tertul-  
lian. ad  
Scapulã.  
cap. 4.